



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**In Hoc Libello Continentvr.|| Divo Maximiliano Avgvsto
Chvnradi Cell|tis rapsōdia Lavdes Et Victoria De
Boe-||mannis Per Septem Electores Et || Regem**

Celtis, Konrad

Auguste: Vinde:, 1505

VD16 C 1897

Pangrativs Vulturimus Silesitanus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14416

Cæsareoq; operi plaudere iena cohors.
Plaude nouenā cohors: Mauortem tempe belli
Atq; togæ phœbū et pallada Cæsar amat.
Hieronimus Pius Baldungus.

Alma doctarum genitrix sororū:
Quae iouis nata es mellore parte:
Grata diis cunctis age concinamus
Pieri carmen.
Quale uel diuum cecinisse uatem
Orpheon dicunt: eribi seuerum
Iudicem quando: rigidafq; mouit
Carmine quercur.
Regiis quādo reducem poetam
Sumptibus: dignaq; domo recepit:
Et sacras mulas decorauit amplio
Largus honore.
Carmen insar os reficit dolores:
Quos mouet certis iaculis cupidior
Nec minus caeli stabili rotatur
Foedere uocum.

Qual uocalis cytharae magister
Post giganteos cecinit tristipbos:
Caelitū laudes modulatas acri
Pollice Phœbus.
Tale iā uellet chorus ille uatum
Caesari carmē caneres: recētes
Principis laudes modulatas benignas
Candida grates.
Sic enīt Celtis docilē iuuētam
Instruit: blanda uenerādus arte
Quo tuū crescit decus: & pennis
Gloria mundo.
Ergo si tantū ualeat efficaci
Aureū carmē modulo: canamus
Inuicē doctae meritū camenae
Pieri carmē.

PANGRATIVS Vulturinus Silestanus.
Maximiliane Regum semper inuictissime:
Sceptra regni sub corona fers in orni gloria
Fultus atq; Rex honore: prosperatis undiq;
Te celebrem fortitudo: qua refulges efficit
Teq; mens adornat alta: continēs prudentiam.
Te sub aula iudicante: ueritas decernitur.
Quis sat odis hunc sonabit: laude dignum regia.
Quis uel aptū dicet carmen: tanto in orbe principi.
Quis uel plene scribet unquā: fortis acta militis.
Nec sit ullus credo uatuū: orbis hoc in climate:
Qui referre possit huius: rite laudes carmine.
Georgius Boorius Cecianus. Classis secūda.
Cum mihi nyseidos nondum gustare liquores
Musā dedit iuueni: nec adhuc confidere colles
Parnasi: ueluti Celtis lustrauerat olim;

B III